

**F**uçiu est quedam ciuitas nobilis & magna. cuius gentes adorant ydola monetam *adorant ydola*  
 habent de cartis & sunt sub dominio magni can viuunt de mercimonijs  
 & artibus habundantiam habent syrici & pro eorum uestibus multos  
 laborant drapos de syrico. In ea sunt magni mercatores & diuites ciuitas in suo  
 42<sup>r</sup>° circuitu bene girat miliaria sexaginta. In ea tanta quantitas gentis est quod nullus *quedam ciuitas que girat*  
 numerum scire posset. Et si homines essent| pro armis illi de prouincia manci *lx<sup>ta</sup> miliaria*  
 totum alium mundum eorum dominio subiugarent. set homines uiles sunt & in  
 armorum exercitijs insueti. sapientes mercatores sunt & in omnibus artibus  
 homines subtiles. sunt ibi sapientissimi philosophi. & medici naturales. qui *hic sunt magnj philosophi*  
 subtiliter in natura cognoscunt. sunt & multi magici & diuinatores in ista quidem *& medici*  
 ciuitate sunt circa sex milia pontium sub maiori parte quorum transiret una galea *sex milia pontium*  
 uel due Et in montibus istius ciuitatis nascitur Reobarbar & çinçiber in magna  
 quantitate. nam pro uno ueneto grosso haberentur bene sexaginta libre çinciberis  
 recentis qui est ualde bonus. Et noueritis quod ciuitas ista sub se habet bene  
 sexdecim ciuitates multum nobiles & magnarum mercationum & artium Nomen  
 istius ciuitatis uidelicet fuçui interpretatur terra & nomen cuiusdam alterius  
 ciuitatis nomine Qinsay de qua subsequenter tractabitur post istam appellatur  
 celum Jsta quidem imposita sunt nomina propter nobilitatem & potenciam  
 earum discedendo quoque a fuçui quedam ciuitas inuenitur nomine vugui per  
 unam dietam distans a fuçuj ciuitas quidem est nobilis & bona & multarum mer-  
 cationum & arcium est etiam alia ciuitas nomine vughin cuius gentes adorant *adorant ydola*  
 ydola. monetam habent de cartis & sunt sub dominio magni can in ea est  
 habundantia syrici & multarum manerierum aliorum merci[m]oniorum sunt &  
 ibi prudentes mercatores & artifices. est etiam quedam alia ciuitas nomine  
 çangan que est ualde nobilis & diues gentes cuius adorant ydolla. monetam habent *adorant ydola*  
 42<sup>v</sup>° de cartis & sunt sub dominio magni can. | viuunt de mercationibus & artibus Jbi  
 laborantur syndones diuerse in multa quantitate. habent etiam venationes &  
 aucupationes multas. In ea non sunt alia relatu digna./  
 //Cum disceditur a ciuitate çangan itur una dieta inueniendo casamenta multa  
 burgos & uilas multarum diuiciarum. gentes adorant ydola monetam habent de *gentes adorant ydola.*  
 cartis & sunt sub dominio magni can habundantiam quidem habent de omnibus  
 uictualibus humano corpori oportunis. Et cum perambulatum est una dieta  
 inuenitur noblissima ciuitas Quisay que celli ciuitas nuncupatur nam maior  
 ciuitas est que reperiatur in mundo. de cuius esse & nobilitate narabimus secundum  
 quod regina ipsius ut supra in libro dictum est misit ad dominum grandem in  
 scriptis prius quam capta fuisset per exercitum eam obsidentem declarando uidelicet  
 totam nobilitatem & esse ipsius ut ciuitatis magnificentia intellecta de ipsius  
 destructione condolens eam faceret conseruari illesam & ideo illarum con-